



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Londinense De Eiectione Ivdaeorvm Habitivm anno Christi  
MCCXCI. tempore Nicolai papae IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ANNO 2  
CHRISTI  
1291  
**CONCILIVM SALTZBURGENSE**  
DE HOSPITALIORVM, TEMPLARIOVM  
& Teutonicorum ordinibus coniungendis, celebra-  
tum anno Domini MCCXCI. tempore Nicolai papæ  
quarti.

N O T A.

\* *Concilium.*] Qua occasione hæc Synodus indicta, quidque in ea gestum fuerit Eberhardus huius temporis scriptor in suis annalibus apud Henrici Canisi primum tomum editarum antiquitatum extantibus ita describit: *Anno millesimo ducentesimo nonagesimoprimo, ciuitas Akaron, quam solum habebant Christiani in terra sancta, obessa est per Soldanem Babylonensem, & per quadraginta dies & noctes sine intermissione impugnata, capta est, & ibidem multa Christianorum milia & capta sunt & occisa: aliqui autem per nauigium fugerunt: & quia multorum erat opinio, quod si fratres Domorum ibidem scilicet Hospitarii, Templarii & Teutonici, & reliquis populus omnino concordasset, ciuitas capta non fuisset, mandauit papa Nicolaus omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis prelatis, ut Concilia prouincialia celebrarent, & deliberarent qua ope vel consilio eidem terre posset subueniri. Et per Concilium habitum Saltzburga rescriptum fuit domino pape & consultum, ut predicti tres ordines coniurrent ad unum ordinem, melioribus eorum obseruantis in unum redactis; & quod ad succursum eiusdem terre sanctæ rex Romanorum cum principibus vocaretur. Qui nuntii antequam venissent ad curiam, papa mortuus est; & sic hoc negotium remansit infectum. Hæc Eberhardus.*

**CONCILIVM LONDINENSE**  
DE ELECTIONE IVDÆORVM HABITVM  
anno Christi MCCXCI. tempore Nicolai papæ IV.

N O T A.

\* *Concilium.*] De rebus in hac Synodo gestis ita Bzouius: Bernardo episcopo Grossetano sedis apostolice legato in Anglia nondum presente, Londini ad Vestmonasterium celebratum est Concilium. In hoc in primis agitatum est de electione Iudeorum, quorum erat per omnem Angliam ingens multitudo, quo sic oues ab hædis segregarentur. Itaque publico iussum est edicto, ut infra paucos dies omnes abirent cum bonis. Illi iussis Concilii parentes, alii alio discesserunt. Ita profuga gens de Anglia in perpetuum exiuit, misera semper alicubi terrarum peritu-

ra usque eo dum denique deleatur. Eodem in Concilio Eduardus explosit secupere ire auxilio Christianis in Asiam: & quia res ad religio-  
nem pertinebat, voluit ut sacerdotes pecuniam suppeditarent. Postremo  
placuit regi similiter atque principibus illud iniurium iure iterato statu-  
re, ne cui hominum liceret dare pradia collegii monachorum: neve lice-  
ret monachis, aut aliis sacerdotibus, emere possessiones. Superuenit tan-  
dem legatus, & una cum Ioanne Beccano archiepiscopo Cantuariensi  
sibi adiuncto, regem iniquitatis atque impietatis redarguit, legemque  
abrogare, & ecclesiis, ecclesiasticisque rebus ac personis libertatem refi-  
tuere coegit.

---

CONCILIVM MEDOLANENSE  
PRO AVXILIO TERRÆ SANCTÆ FERENDO  
congregatum anno Domini M C C X C I.  
tempore Nicolai papæ IV.

## NOTA.

*Concilium.*] Acta huius Concilii ex Bernardo Corio Bzoutius in annalibus describit summatim his verbis: *Ad diem vigesimumsepti-  
mum mensis Nouembris huius anni Otto archiepiscopus Mediolani in  
ecclesia sancte Tecla, Synodo prouinciali episcoporum & uniuersi cle-  
ri congregata, multa ad ecclesiasticam disciplinam reuocandam consti-  
tuit, ac fratre Stephanardo ordinis Predicatorum verba ad omnes fa-  
ciente, plurimos Christi fidelium, ad auxilia terre sancte a Saracenis op-  
presso, auctoritate summi pontificis Cruce signauit. Dedit insuper istud  
salubre summo pontifici consilium, ut milites Hierosolymitani una cum  
Templariis & Teutonicis in unum ordinem congregarentur, iisdem in-  
stitutis viuerent: & unitis armis contra barbaros dimicarent: Prefito  
copiis Crucisignatorum rege Galliarum. Bernardus Corius historix  
Mediolanensis p. 2.*

---

SEDES VACANS.

---

CON-